

*Quando Faventini ivere ad ponticellos Ravennae [a].*

CAP. CCXIII.

1236

Anno mcccxxxvi in kalendis maii equitaverunt Faventini omnes usque ponticellos Ravennae, nihil facientes hostiliter, et eodem die domum reverterunt.

*Mai. 1* *equitare*

*Quando Faventini fuere apud Plantam; et de [b] p[ro]p[ri]o*

*et victoria facta ibi maxima.*

CAP. CCXIV.

Postquam Faventini, ut supradictum est, suos omnes domuissent inimicos ~~et~~, die septimo [c] intrante mense maii, magnum parassent exercitum, de civitate exierunt Faventina, civitate optime reicta munita cum hominibus de Mutiliana et hominibus de Duzza; et versus Ravennam apud Plantam de Borfagliago die primo hospitaverere; secundo itaque die, apud Sanctum Archangelum; die vero tertia omnes usque ponticellos, idest fossatum episcopi Sancti Vitalis, omnia depopulaverunt inimicabiliter, et retrogrediendo hospitati sunt [d] Lanzavaccum, idest Lanzavacca [e], quarto namque die, Guthi ~~et~~ fixere mapalia [g]. Quinta vero, cum cives vellent repatriare et optarent reverti pacifice, iusserunt bifulcis [h] cum bobus et asinis turba magna procedere; et dum hi suo cursu iter peragerent, illico ex clamore aliquis de Faventinorum exercitu ignorantibus nuntiavit, Ravennates tamquam huius rei inventores apud servalium venire Sancti Stephani; qui veneno inebrati mortifero, una cum Populiensibus Bretenoriensibus [i], Iohanne de Guarmasia vicario domini Coradio comitis de Romania cum Meldolensibus, Castelnoviensibus, Ariminensibus [j] cum eorum districtu, Bonconte cum sua fortia, V. de Carpigna cum sua fortia [k], aliisque multis de diversis partibus convocatis, Faventium populum cupientes interficere et penitus iugulare; sed eo non invento [l], credentes eos aufugire, in bobus, in his quoque ceperunt [m] tyrannidem exerciterunt; apud vero Plantam de Borfagliago populum Liviensium ad persequendum reliquerant [n]. Cives vero, dum apud Guthum essent, et hanc ignorantiam et vix credere possent, visis tamen vulneratis et rumore audito, cunctis ad propria vexilla redactis, tamquam boni viri ad arma recentes et novi sub tempore gra-

[a] ad ponticellos Ravennae. Sic legimus supra. Hic C. V. habet: *ad pontisellos Ravennae*. — [b] apud Plantam et de, C. A.; *ad Plantam et de*, C. V. — [c] et die septimo. Addidi et. — [d] hospitati sunt. Hospitati habet C. A.; *hospitaverunt*, C. V. — [e] Lanzavaccum, idest Lanzavacca. Sic C. A.; *Lanzamaccum*, idest *Lanzamacha*, C. V. — [f] namque die, Guthi. Codd. habent, *Guthum*. — [g] fixere mapalia. Sic lego; *fixere napalia*, C. V.; fecerunt mapalia, C. A. — [h] jussuerunt bifulcis, C. V.; jussuerunt bimerius, C. A. In C. M. forte fuerit: *jussuerunt bijugis*. — [i] Bretenoriensibus. Sic ex C. A. — [j] Ariminensibus, C. V. In C. A., adest etiam: *Bononiensibus*; sed puto mendum. — [k] V. de Carpigna cum sua fortia. Sic ex C. A. In C. V. desunt haec verba. — [l] eo non invento. Sic lego. C. V., *eum non inventum*; C. A., *rem non inventam*. — [m] in his quoque ceperunt, C. V.; *in his quos ceperunt*, C. A.; et fortasse rectius. — [n] reliquerant. C. V., *relinquerant*; C. A., *reliquerunt*.